Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



AD·LAUDICENSES·

lis est. quem remisi tibi. Tu autem
illum ut mea viscera suscipe. Quem
ego volueram mecum detinere. ut pro te
mihi ministraret in vinculis evangelii.
Sine consilio autem tuo nihil volui
facere: ut ne velut ex necessitate be-
nium tuum esset. sed voluntarium. Ideo
enim ad te forsitan ad horam disces-
sit. ut in eternum illum recipes. iam non
ut servum. sed pro servo karissimum: maxi-
me mihi. quanto autem magis tibi. et
in carne. et in domino. Si ergo habes me
socium. suscipe illum sicut me. Si
autem aliquid nocuit tibi aut debet. hoc
mihi imputa. Ego paulus scripsi mea
manu. Ego reddam: ut non dicam
tibi quod et te ipsum mihi debes. Ita fiat.
ego te fruar in domino. Refice viscera
mea in xpo. Confidens in obedien-
tia tua scripsi tibi: sciens quod et super
id quod dico facies. Simul autem et pa-
ra mihi hospitium. Nam spero per ora-
tiones vestras donari me vobis. Sa-
lutat te epaphras concaptivus meus
in xpo ihu: marcus et aristarchus de-
mas. et lucas adiutores mei. Gratia
domini nri ihu xpi cum spiritu vestro
Amen. Secus epla ad laudicens.

Non est de Canone.

Paulus apls non ab ho-
minibus neqz per hominem
sed per ihm xpm. fratribus
qui sunt laodicie. gra-
tia vobis et pax a deo pre nro et domino ihu
xpo. Gratias ago xpo per omnem orati-
onem meam. quod per manentes estis in eo.
et perseverantes in operibus bonis promissis
exspectantes in die iudicii. Neqz de-
fraudant vos quorundam vaniloquia
in sinuantium. ut vos a veritate evangelii
avertant quod ame predicatur. et ne
faciet dns ut qui sunt ex me ad per-
fectum veritatis evangelii deseruiente sint
et patientes benignitate operum que fit
salutis vestre etne. Et nunc palam
sunt vinculi mea que patior in xpo.
pro quibus letor et gaudeo. et hoc in est
ad salute perpetuam. quod ipm fiem per ora-
tionibus vris. et administrante spiritu sco.
sive per vitam sive per mortem. Est enim
mihi vivere vita in xpo et mori lucrum.
et ipse in nobis faciet viam suam. ut
cande dilectionem habeatis sicut una
nimes. Ergo dilectissimi ut audistis
presentiam domini ita retinete. et facite in
timore domini. et erit nobis vita in eternum.
Est enim dns qui operatur in nobis et fa-
cere sine retractatione vel pecco quecumqz
placitis. et quod est optimum gaudete in xpo.
et precavete sordidos omnes in lucro. Om-
nes sint petitiones vestre palam apud
dm. Scitote firmi in sensu xpi. et que
integra et vera et pudica et casta et
vestita et amabilia sunt facite. et que
audistis et accepistis in corde retinete.
et erit vobis pax. Salutate omnes
fres in osculo sco. Salutant vos sci
omnes. Gratia domini nri ihu xpi cum spi-
ritu vro. Amen. Et hanc facite legi colo-
sensibus. et colosensium vobis. Argumentum.

Primus dicendum est apls paulus
in hac epla. scribendo non servavit
modum vel morem suum: ut vel no-
cabulum nominis sui. vel ordinis deseru-
iret dignitate. Hoc causa est. quod ad
eos scribens qui ex circumcisione credi-
derant. quasi gentium apls et non hebreorum:
sciens quoqz eorum superbiam. suamqz
humilitatem per demonstrans: nimium
officium sui noluit amittere. Nam si
multi modo etiam apls iohes propter
humilitatem eadem ratione in epla